Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26086
Copyright: Admont, Benediktinerstift



70

comprehensus est nobis pena centuplicata sit. Cum
in tenebris clausi retineamur quomodo lumen reddimus
qd non habemus. Tunc egrediuntur sacerdotes falsa
promittentes. Sanctus autem Iulianus que nihil latebat
oratione facta dixit ad presidem. Festina celeriter ingre
di in templum uide omnia simulachra christallina. et
electrina et aurea et ex omni metallo. que amplius
quingenta dinoscebantur ita comminuta et in pul
uerem redacta ut qsi non fuerint omino non comparerent.
Preses hec uidens ita cecatus a diabolo clamabat. O ma
leficia sic pualentia carmina ut uirtutes dei superent et preciosa numina in puluerem redigerent.
O; hec patientia dei laudabilis et iniurias irroga
tas sustinent ut rebelles suos patiendo subiugent.
Nunc autem magum uideam si pollicitationis sue impletor officium
~~officium~~ ut oculum ictu percutientis extinctum sola inuo
catione di sui restituat. Et dixit ad iulianum. Paci
entissimos deos te superasse glaris. quae pietate circa
te minime cognoscis. Nunc sopito multiloquio
promissum adimple. ne hoc magicis artibus exercearis.
locio te profundi iubeo. per quem omnia maleficia effu
gantur. Iulianus respondit. Hoc qd facturus es non ad
iniuriam meam. sed ad laudem dni mei pertinet ut oculum
pristine sanitati restituat et locum in odorem necta
reum conuertat. Cumque eum profunderet ita com
pletum est ut dixerat. ut non locio. sed balsamo aut cy
namomo eum putarent profusum. Ad qd miraculum
licet incredulus marcianus tabescebat. Iam